Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentum super Cantica canticorum

Gregor <I., Papst>

[Basel], 13. März 1496

Capitulum IIII

urn:nbn:de:bsz:31-313445

¶ Quid em̃ per filias hieruſalē: niſi cum non filios ſed filias dixerit intelligimus: niſi nos debiles: q̄ in eccleſia: nō viri: ſed femine ſumus? quia contra vicia fortiter nō reluctamus: viriliter reſiſtimus: inutiliter ſubiacem⁹. Hieruſalē em̃ viſio pacis interpretat̃: per quā eccleſia q̄ eſt mater noſtra deſignat̃: eo ꝙ aſſidue pacē perpetuā contemplat̃. Si ergo nos in ferculo regis colūpne argentee non ſumus: reclinatoriū aureū non habemus. Per aſcenſum purpureū aſcendere nō valemus: ſaltem charitatē que cōmunis om̃ibus electis que quaſi in medio poſita eſt: teneamus. Per hāc quippe rex ſalomon nos in ferculo ſuo eſſe cognoſcit: quia in eo cū columnis argenteis cū reclinatorio aureo cū aſcenſu purpureo: ꝓpter filias hieruſalem: etiā media charitate cōſtrauit: quia cū ſummis eccleſie mēbris ad eandē ſponſi beatitudinē peruenimus: ſi charitatē indefeſſam obſeruamus. Sequit̃:

R ¶ Egredimini filie ſion ⁊ videte regem Salomonem in diademate: quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis eius: ⁊ in die leticie cordis.]

¶ Mater xp̄i beata maria eſſe credit̃: que coronauit eū diademate: q: humanitatez noſtrā ex ipſa ip̄e aſſumpſit: ſicut in euangelio recitat̃. Et hoc in die deſponſatiōis eius: ⁊ in die leticie cordis eius factū eſſe dicit̃: quia quando vnigenitus filius dei deitatē ſuaz humanitati noſtre copulare voluit: quādo per bonā voluntatē ſuam tempore oportuno eccleſiā ſuam ſibi aſſumere placuit: tūc cum charitatis exultatiōe carnem noſtrā ex matre virgine ſuſcipere voluit. In qua cū doloribus ꝑ tempore viuēs: de redemptiōe noſtra vehementer exultauit. Sed cū diadema ꝓ gloria aſſumat̃: in humanitatis autem ſuſceptione nō gloria verbi dei: ſed humilitas eſſe cognoſcat̃: quomodo in humilitate noſtra quaſi dyademate coronatus fuiſſe dicitur. Sed cuz ip̄a eius incarnatio vere gloria noſtra fuerit: quia membra eius ſumus propter cōmunionē corporis dyadema membroꝝ bene capitis ſcriptura predixit. Hic itaq: quia a ſponſa laudatur: ⁊ ip̄e viciſſim ſponſā laudare dignat̃ dicēs

¶ Capitulū IIII A

Qvam pulchra es amica mea: ꝙ pulchra es ⁊ decora: oculi tui columbarum: abſq: eo quod intrinſecus latet.]

¶ Quia hec ſuperius expoſuimus: vt potuimus: nūc eadem repetere propter breuitatē ſeruandā deuitamus. Sed quia adiunctū eſt abſq: eo quod intrinſecus latet breuiter videndū eſt: quomodo ſuperius ꝯiungat̃. Pulchra eſt ergo ſpōſa ⁊ oculi eius columbaꝝ: abſq: eo qđ intrinſec⁹ latet: q: valde honeſtū eſt quicquid in exterioribus operat̃: ꝙ ſimpliciter inter homines conuerſat̃: ꝙ ea que videt temporaliter cōcupiſcere dedignat̃. Et ſi quid tamē in hoc mūdo placet: poſt cōcupiſcentias ſuas ire deteſtatur. Sed vehemēter pulchrius ⁊ honeſti⁹ eſt: ꝙ cordis deſideriū illibatū retinere conat̃: ꝙ eterne beatitudinis claritatē in mente retinet: ⁊ erecta contemplat̃: ꝙ in his que interius videt: ſuauiter requieſcit: ⁊ mūdat̃. Sequit̃.

B ¶ Capilli tui ſicut greges caprarū: que aſcenderunt de monte galaad.]

¶ Si per oculos predicatores eccleſie deſignant̃: quia ceteris viam oſtendūt: bene per capillos populi figurant̃: qui eidem eccleſie ornatū tribuūt. Capilli ergo ſponſe ſicut grex caprarū eſſe dicunt̃: quia populi eccleſie dū precepta legis rumināntes celeſtia fide contemplant̃: mūda ſunt animalia ⁊ in altis paſcunt̃. Galaad aūt aceruus teſtimonij interpretat̃. Quid autem per aceruū teſtimonij: niſi multitudinē

martyrũ intelligimus: quia dum fidem xpi inſuperabiliter tenuerũt: eos teſtimoniũ veritati etiã per mortẽ ſuã perhibuiſſe ſcimus. Grex itaqꝫ ille caprarũ de monte galaad aſcendit: quia populus eccleſie eo magis fide ſe ad eterna ſuſpendit: quo fortius ſanctos martyres eidem fidei teſtimoniũ perhibuiſſe ſciuit. Sequitur.

C ¶ Dentes tui ſicut grex tonſarũ: que aſcenderũt de lauacro.]

¶ Sicut per oculos predicatores intelligunt: quia per eos eccleſia illuminatur ſimiliter ⁊ dentes eiuſdem poſſunt dici: quia per eos infideles conſumũtur: ⁊ paruuli nutriũtur. Dentes quippe ſancti predicatores vocantur: quia dum ſanctã ſcripturam exponẽdo minoribus fratribus elucidant: quaſi panẽ paruulis: tanqꝫ matres filijs cõmaſticant quo infirmi ad fortiora cõualeſcant. Hi nimirũ bene ſicut grex tõſarũ que aſcenderũt de lauachro eſſe dicũtur. quia dum ſe a peccatis oĩbus in baptiſmo ablutos eſſe recordantur: libenter onera mũdi deponũt: vt ad celeſtia conſequẽda ⁊ predicãda: quo liberius: eo facilius gradiunt. De quo ſubdit.

D ¶ Omnes gemellis fetibus: ⁊ ſterilis non eſt inter illas.

¶ Gemellos fetus oĩes ſancti predicatores habẽt: quia duꝫ in duobus preceptis charitatis ceteros homines ſupereminẽt geminã dilectionẽ predicãt: ⁊ in eo duos populos iudaicũ ⁊ gentilem gignere non ceſſant. Inter quos nullus eſt ſterilis: quia profecto predicator nõ eſt dicendus: ſi filios ſpirituales gignere ꝯtempnit. De quibus adhuc ſubdit:

E ¶ Sicut vita coccíea labia tua ⁊ eloquiũ tuum dulce.]

¶ Idem predicatores labia eccleſie dicuntur: quia nimir per eos populis precepta vite loquit. Qui bene ſicut vita dicunt: quia dum fluxas cogitatiões in cordibus hominũ ſuis predicatiõibus reſtringunt: quaſi ſparſos crines ne immoderate defluant repꝛimũt. Sed quid eſt qꝫ nõ tantum vite: ſed coccinee comparant: niſi quia per coccũ flamma charitatis intelligitur: quia illi ardent ⁊ per eos alij accendunt: per quos eloquiũ ſancte eccleſie dulcoratur: quia dum que dicũt faciũt: predicationes ſuas hominibus quaſi ſapidas eſtas apponũt. Sequitur.

F ¶ Sicut fragmen mali pomi: ita gene tue: abſqꝫ eo quod intrinſecus latet.]

¶ Quod per genas eccleſie: niſi ĩpos predicatores intelligimus: quia dũ in populis: vt eis proficiãt eminent: quaſi in facie eccleſie manifeſti apparẽt. Per malũ autem punicum ipſa eccleſia deſignat: quia dũ multos populos in vnitate fidei nutrit quaſi multa grana ſub vno cortice ſtrigit: quia dũ grana diuino ſeruitio ceteris fortius affligũt: dum ſe vt oĩa mũdana cõtempnũt: dum volũtates ſuas abnegant: ⁊ vicia ſua omnino mortificãt: ceteros extollant: ⁊ ſeipſis humiliãt: dum per exempla ſua ceteros nutriũt quaſi fracti ⁊ apti ſe cibos offerũt. Sed qꝫuis magna ſint qꝫ extrinſecus apparẽt: maiora tamen in occulto retinent: que diuini oculi ſoli vidẽt Ideo ſubiũctum eſt. [Abſqꝫ eo quod intrinſecus latet.] Sequit.

G ¶ Sicut turris dauid collum tuum: que edificatur cum propugnaculis.]

¶ Collum quippe extendimus: quando longius ꝓſpicere volumus. Propter aliud ergo ſancti predicatores oculi: ꝓpter aliud dentes: propter aliud autem gene: ⁊ collum: propter aliud conuenienter vocantur. Bene igitur ſicut turris dauid: collum ſancte eccleſie dicitur: quia ſancti predicatores procul venientes hoſtes ſancte eccleſie ſpeculantur: et fortiter reſiſtunt: ſi quid in eo ledere conantur ⁊ libere terrena deſpicientes: celeſtia contemplantur. Collum ergo propter hoſtiũ ſpeculationẽ: turris vero dauid propter

fortitudinē ⁊ ꝓpter excelſam celeſtiū gau
dioꝝ contemplationē. Que turris recte
dauid eſſe dicit̃: quia dauid manufortis
interpretat̃: per quod xp̄us ſignificat̃: cu-
ius eſt quicquid forte ⁊ excelſum operat̃.
De qua ſubditur.

h ¶ Que edificatur cum propu
gnaculis. Mille clypei pendēt
ex ea omnis armatura fortiū.]

¶ Cum ꝓpugnaculis turris dauid edifi-
cata dicit̃: quia ſancti predicatores cōtra
aduerſarios homīes ſi neceſſe ſit: miracu
lis armant̃. Contra vicia autē ſe clypeis
muniūt: quia ne ſpiritualib⁹ hoſtibus ſuc
cumbāt: virtutibus ſe defendūt. In qui-
bus omnis armatura fortiū pendet: quia
quiſquis hoſtiū cuneis: fortiter reſiſtere
vult: in eis exempla videt: quibus arma-
tus hoſtes ſtrennue valet ſuperare. Mil-
le autē hic pro perfectiōe ponitur: quia in
millenario numero omēs numeri perfecte
complent̃. Sequit̃.

i ¶ Duo vbera tua ſicut duo hin
nuli capree gemelli: qui paſcun
tur in lilijs donec aſpiret dies et
inclinentur vmbre.]

¶ Per duo vbera duo p̄dicatoꝝ ordines:
vnus in circūciſione: alius in prepucio de
ſignant̃. Qui bene ſicut duo vbera hin-
nuli capree dicunt̃: quia ⁊ filij ſynagoge
exiſtūt: ⁊ in mōtibus contemplationū pa-
ſcunt̃. Gemelli vero ideo dicti ſunt: quia
cōcorditer predicāt: ⁊ concorditer ſapiūt.
In lilijs vero paſcunt̃: donec aſpiret dies
⁊ inclinent̃ vmbre: quia mundiciā infati-
gabiliter ſectant̃: donec in die iudicij pre
mia recipiāt: que in labore noctis aſſidue
contemplant̃. Sequit̃ ſponſus dicens:

k ¶ Vadam ad montē mirrhe:
⁊ ad collem thuris.]

¶ Quid per montē mirrhe: niſi fortē alti-
tudinē mortificatiōis in opere? Et quid
per collē thuris intelligimus: niſi altam
humilitatē in oratiōe. Ad montem ergo
mirrhe: ⁊ ad collē thuris ſponſus vadit:
quia eos familiariter viſitat: q̃s per morti
ficationē vicioꝝ ad alta ꝓficere: ⁊ per mū
das ⁊ humiles oratiōes ſuauiter redolere
ꝓſpicit. His quippe virtutibus ſancta ec
cleſia: vel vnaqueq̧ anima mūda efficit̃:
quia dū per voluptatū mortificationē vici
is reluctat̃: ⁊ per ſanctas oratiōes frequē
ter lachrymis abluit̃: ſordes lauacri ſpon
ſo placeat: quia pulchra apparere conat̃.
Cuius conatū ad effectū ſponſus pec gra
tiā ſuam ducit: opuſq̧ ſuū in ſponſa beni
gne laudat dicit.

l ¶ Tota pulchra es amica mea
⁊ macula non eſt in te.]

¶ Cum ſcriptū ſit: Nemo viuit ſine pecca-
to: nec infans cuius vita eſt vnius diei ſu
per terrā. Quid eſt ꝙ ſpōſa tota pulchra
eſſe dicit̃: in qua macula non habet̃? Ali-
bi quippe ſcriptū eſt. Stelle nō ſunt mun
de in cōſpectu eius. Et alibi. In multis
offendimus omēs. Et iohānes apoſtol⁹
ait: Si dixerimus: quia peccatū nō habe-
mus: veritas in nobis nō eſt. Et idē. Si
dixerimus: quia peccatū non habemus:
mentimur: ⁊ veritatē non facimus. Sed
dū ſancta anima a peccatis quottidianis
ſe per penitentiā mūdat: dum quottidie
peccata minuta cū lachrymis abluit: ⁊ a
maioribus ſe obſeruat: quāuis frequēter
peccet: per aſſiduā tamen penitentiā mū-
ditiā ſuam aſſidue ſeruat. Hinc em̄ alibi
precipit̃. Semper ſint veſtimēta candida
Et illud. Juſtus autē ex fide viuit. Quā
uis em̄ mox vt peccāt: a iuſticia deuiet: ta
men dū ſemper credit in eū qui iuſtificat
impiū: ⁊ aſſidue ſub eius fide peccata ſua
deflet per aſſiduas ablutiōes iuſticiā ſuā
retinet. Se igitur ita mūdanti ſponſe cō-
ſequenter dicitur:

m ¶ Veni de libano ſpōſa mea
veni de libano: vēi coronaberis

¶ Libanus quippe dealbatio interpreta-
tur. Quid ergo per libanū: niſi baptiſma
intelligit̃: in quo ſancta eccleſia, aqua ab-
luit̃: a peccatoꝝ ingredine per ſpiritū ſan.

ctum quē recipit: ⁊ per xp̄i fidem dealba-
tur. Unde ſcriptū eſt. Aſperges me dn̄e
yſopo ⁊ mūdabor ⁊c̄. De libano ergo ſan
cta eccleſia ad coronam venit: quia in xp̄i
baptiſmo fidē pcecipit ſub qua cū xp̄i gra
tia merek: vt premiū percipere poſſit. Sz
quid eſt ꝙ dicik: Ueni? niſi ꝙ in fide ⁊ in
ſpe ⁊ in charitate quicquid operak: ſubſi-
ſtik: vt his tribus munita virtutibus ro-
bur habeat: per inuia nō laceſcat. De fide
enim dicik. Fide mūdans corda coꝝ. Et
iterum. Sine fide impoſſibile eſt placere
deo. De ſpe autē dicik: Non confundenk
om̄es qui ſperant in te dn̄e. Cui iterū di-
cik: Quis eſt in te ſperans: ⁊ derelictus
eſt? De charitate aūt dicik: Charitas ope
rit multitudinē peccatoꝝ. Et iterū. Si di
ſtribuero om̄es facultates meas in cibos
pauperū: ⁊ ſi tradidero corpus meū ita vt
ardeā: charitatē autem nō habuero: nihil
ſum. Et iohān̄es apoſtolus. Deus chari
tas eſt. Poteſt tamē ⁊ aliter intelligi: ꝙ
ter dicik: veni. Uenit ſpōſa ſancta ad xp̄m
dum in hoc mūdo viuēs: bona que poteſt
operak. Uenit quādo in hora mortis ani-
ma videlicet ſponſa a carne exuik. Uenit
tertio: quādo in iudicij die vltimi carnem
reſumit: ⁊ cum xp̄o thalamū celeſtē ingre-
dik. Ibi quippe omniū laborum ſuoꝝ pre
mia conſequik. Ibi iam om̄ino proſtratis
⁊ excluſis hoſtib⁹ glorioſe coronak. Ideo
ei hic per promiſſionē dicik:

**N Coronaberis de capite am-
mana: de vertice ſaur ⁊ hermon:
de cubilibus leonum: de monti-
bus pardorum.]**

Quid per ammana ſaur ⁊ hermon noīa
videlicet montiū: niſi potentes hui⁹ ſecu
li intelligunk? Qui quāto ditiores tanto
excelſiores ⁊ firmiores apud infirmos eſ-
ſe videnk. Sed de his montibus ſancta
eccleſia coronak. Quia dum regnū predi
cat eternū: dum exemplo ſuo oīa que mū-
di ſunt vilia eſſe demōſtrat: ipſos etiā po
tentes ad penitentiā inclinat: ⁊ ſibijp̄i ꝓ
coꝝ acquiſitione coronā in celeſtibus pa-
rat. Sic quippe fit: vt humiles ſuperbos
proſternāt: ⁊ infirmi excelſos inclinent.
Ideo ſcriptū eſt. Omnis vallis implebik
⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabik. Sed
quid eſt ꝙ non ſolū de montibus: ſed etiā
de capitibus montiū coronāda eſſe dicik:
niſi ꝙ impletū videmus: quia iam ip̄e ex
celſiores perſone in xp̄m credūt: ⁊ eius p̄-
ceptis per eccleſie p̄dicationē obediunk.
Reges em̄ ⁊ imperatores xp̄o ſeruiūt: co
ronas deponūt: ⁊ per penitentiā in eccle-
ſia veniā petunt. Si itaqꝫ per capita mō-
tiū ſummas perſonas intelligimus: bene
per cubilia leonū ⁊ montes pardoꝝ: prin
cipes quiqꝫ ⁊ miniſtri deſignank: qui cru
delitati deſeruiūt: ⁊ doloſitatib⁹ ſuis: qui
quos nō poſſunt ledere decipiūt. Pardi
quippe maculas in cute ſemper portant.
Per quod quos alios ꝙ̄ hypocritas vel
diſcordes ſignificank. In illis quippe qui
crudelitatē ſectank: demones tanꝙ̄ leo-
nes cubant. In illi vero quaſi pardi mon
tes edificāt: quos dū vicijs ſuis aliquas
virtutes admiſcere conſentiūt: pro omni-
bus bonis ſuis laudis gloriā affectare cō
pellunk. Hi itaqꝫ vere pardoꝝ varietatē
ſectank: qui dum cū virtutibus etiā vicia
imitank: in vario corio coloris ⁊ diſſimili-
tudine diuidunk. Sed de cubilibus leo-
nū ⁊ de montibus pardoꝝ eccleſia corona
tur: quia dū per eius predicationē ⁊ cru-
deles ad pietatē: ⁊ hypocrite ad vite hu-
milis vnitatē conuertunk. Pro his om̄i-
bus premiū percipiet: quod meretur Cui
iterum dicitur:

**O Uulneraſti cor meum ſoror
mea ſponſa vulneraſti cor meū:
in vno oculoꝝ tuorum: ⁊ in vno
crine colli tui.**

Per oculos ſancte eccleſie predicatores
ſicut dictū eſt deſignank. Per crines ve-
ro populi multitudo figurak: per collū au
tem ſancta capitis ⁊ cordis cōiunctio de-
monſtrak: que fides eccleſie intelligitur.
Per hāc enim caput ⁊ corpus cōiungun
tur: dum xp̄o quiſqꝫ tenaci⁹ inheret: quo

fidelioꝛ in bona conuerſatione habet. In vno ergo oculoꝝ ⁊ in vno crine colli ſponſe ſponſus vulnerat: quia profecto vſqꝫ ad mortē crucis afficit: vt vnitas predicatoꝝ ⁊ plebis in eccleſia confirmet. De cuius dilectiōe erga ſponſum: iteruꝫ ſubdit ſponſus:

P ¶ Q; pulchꝛe ſunt mām̄e tue ſoroꝛ mea ſponſa.]

¶ Quid per mām̄as conuenien̄tius in hoc loco ꝙ ipſa dilectio dei ⁊ proximi: de qua ſuperius diximꝰ intelligit: per quas mēs ſancta omnes ſenſus ſuos ſuaui dilectione nutrit: dum deo ſuo charitatis tenacitate conglutinat: ⁊ proximis ſi quid vtilitatis habet quomodolibet libēter impendit. Has mām̄as ſponſe quantū ſponſus diligat in repetitiōe laudis: aperte manifeſtat dicens:

Q ¶ Pulchꝛioꝛa ſunt vbera tua vino.]

¶ Quod ſuperius de ſponſi vberibus diximus: hoc ⁊ hic cum ſponſa loquit: intelligi poſſe eſtimamus.

R ¶ Et odoꝛ vnguentoꝝ tuoꝛuꝫ ſuper omnia aromata.]

¶ Per vnguēta quippe ipē virtutes que ex charitate oriunt: intelligunt. Habent quippe etiā reprobi: aliquādo aromata: quibus redoleāt: quia virtutes quaſdam poſſident: ⁊ bona opera perpetrāt. Sed quia ſine charitate viuūt: in cōſpectu dei nulla que faciūt placent. Unde in iudicio cū dicent: Domine: nōne in nomīe tuo ꝓphetauimus: ⁊ in nolēltuo virtutes multas fecimus? Reſpondebit eis: Nunꝙ noui vos: diſcedite a me omnes operarij iniquitatis. Bene ergo vnguēta eccleſie ſuper oīa aromata redolere dicunt: quia ⁊ ſi opera reproboꝝ aliquādo hominibus placēt. Hec que ſancta eccleſia ex charitate cōficit: in diuinis naribus ſine ceſſatione redolent. Sequit.

S ¶ Fauus diſtillans labia tua ſponſa.]

¶ Predicatores eccleſie bene labia ſpōſe eſſe dicunt: qꝛ per eos populis loquit: et per eos ad fidē paruuli quiqꝫ erudiunt: dū per eos occulta ſcripture quaſi cordis latētia māifeſtant. In fauo aūt mel latet ⁊ cera videt. Recte ergo ſponſe labia fauus vocant: quia dū in carnis fragilitate ſapiētia magna habet: quaſi mel in cera abſcondit. Quādo vero electus quiſqꝫ ꝑdicat: quādo celeſtia gaudia reuelat: tūc fauus diſtillat: qꝛ quāta dulcedo ſapiētie in corde lateat: per oris fragilitatē audiētibus manifeſtat. Unde ſcriptum eſt. Habemus theſaurū iſtum in vaſis fictilibus. Ideo ſubditur.

T ¶ Mel ⁊ lac ſub lingua tua.]

¶ Nimirū falſi predicatores mel in lingua portant: qꝺ ſub lingua nō habent: qꝛ celeſtia gaudia aliquādo predicāt tanꝙ veri ſint: cū ipſi terreſtria bona deſiderijs appetāt. Sancta vero mens mel in lingua portendit: qꝛ ſapiētie dulcedinē loquēdo oſtendit: ꝙ veraciter predicās audientes tanꝙ mellis dulcedīe reficit: lac gerit: qꝛ cōgruenti ſibi doctrina paruulos quoſqꝫ in eccleſia nutrit. Sub lingua autem hec oīa ſibijpſi reſeruat: qꝛ in eternā dulcedinē aſſidue ſecū portat. Dum eñi terrena abijcit: dum vicioꝝ amaritudinē reſpuit. In interioribꝰ ſenſibus ſapiētie dulcedine ſe paſcit: qua robur colligit: vt ad eterna gradiēs in laboꝛe: vie laſſeſcere; nō poſſit. Cui benedicit:

V ¶ Et odoꝛ veſtimentoꝝ tuoꝝ ſicut odoꝛ thuris.]

¶ Quid per veſtimēta hec: niſi ſancta opera deſignant. Quibus precedentiū maloꝝ turpitudo operit: ne videatur? Hinc eñi ſcriptū eſt. Beatus qui vigilat ⁊ cuſtodit veſtimēta ſua ne nudus ambulet: ⁊ videat turpitudo eius. Thus vero per ſignificationē pro oratiōe ponit: ſicut ſcriptū eſt. Aſcendat oratio mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo. Sancta itaqꝫ aīa in hoc mūdo qñ poteſt bona opera operat: ⁊ bene operās deſiderio: ⁊ intentiōe ſancta

ſe extendit:nihilcꝫ boni agit᷑: niſi ea intē
tiōe vt ad celeſtia que diligit:qn̄cꝫ perue
nire poſſit. Bene igit᷑ odoꝛ veſtimentoꝝ
eius ſicut thuris eſſe perhibet᷑:qꝛ in om̄i-
bus operibus ſuis oꝛat: dū peruenīēdi in
tentiōe ea que vt bona operat᷑. Sequit᷑.

X Ortus concluſus ſoroꝛ mea:
oꝛtus cōcluſus:fons ſignatus.]

Oꝛtus ſancta eccleſia exiſtit: qꝛ dū popu
los multoſ in fide gignit:quaſi floꝛes pul
chꝛos bona terra emittit Qui oꝛtus ꝯclu
ſus bene eſſe dicit᷑: qꝛ charitatis vallo cir
cūquacꝫ munit᷑: ne inter numerū electoꝝ
reprobus aliquis ingrediat᷑. Unaquecꝫ
aīa ſancta etiā oꝛtus cōcluſus eſſe intelli-
git᷑:qꝛ duꝫ bona ſua intentiōe vite eterne
abſcondit: dū humanas laudes oīno con
tempnit:ipa bona intentiōe ſe circūſepit:
ne ad interioꝛa rapiēda hoſtis antiquus
irrūpere poſſit. Fons etiā dicit᷑:qꝛ dū cele
ſtia aſſidue cogitat dū ſcientiā ſcripturaꝝ
ſemꝑ in ventrē memoꝛie cōgregat: quaſi
aquas viuētes ſancta mēs in ſe gignere
nō ceſſat:quas ſitiētibus ꝓximis pꝛebere
vt reficiant᷑: valeat. Unde ſcriptū eſt dicē
te dn̄o: Qui biberit ex aqua quā ego da-
bo ei:nō ſitiet ineternū. Sed aqua quam
ego dabo ei: fiet in eo fons aque ſalientis
in vitā eternā. Et alibi Qui credit in me
ſicut dicit ſcriptura: flumīa aque viue flu
ent de ventre eius. Sed cur dicit᷑ fons il
le ſignatus: niſi qꝛ ſenſus ſpūalibus men
tibus indignis abſcondit᷑. In fideli enim
hoī a dn̄o dicit᷑. Spūs aūt vbi vult ſpirat
⁊ vocē eius audis:⁊ neſcis vnde veniat:
aut quo vadat. Et iterum ſcriptum eſt.
Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui
dn̄e. Quod em̄ ibi lumē ſignatū:hoc hic
ꝓculdubio fons ſignatus eſſe perhibet᷑.
Sanctus em̄ ſpiritus mentē quā replet ⁊
illuminās irroꝛat:⁊ irroꝛans illuminat:⁊
vt de luce eius videat quid appetat:⁊ de
roꝛe refrigeret:ne caleſcat. Sequit᷑

Y Emiſſiones tue paradiſus
maloꝛum punitoꝛum: cum po-
moꝛum fructibus.]

Quid emittit ſancta eccleſia niſi cū ſan-
ctis operibus ſancta verba quibus filios
gignit ⁊ nutrit. Quoꝝ dū alios vſcꝫ ad
martyriū perducit. Alios in ſancta cōuer
ſatiōe erudit. Hos ſanguine martyrij ru-
bentes ad eternā patriā tranſmittit:illos
vero in ſanctis operibus viuentes ꝓxi-
mis in exemplū ſanctitatis tradit. Quid
aliud ꝙ̄ punica ⁊ pomoꝝ fructibus emit-
titur? Mala punica em̄ ſub rubeo coꝛtice
multitudinē granoꝝ continent. Fructus
vero pomoꝝ in ſe refectōis dulcedinē ha
bent. Sic ſic martyres dū ſub igne labo-
rant:dū pro xp̄o ſanguinē exterius funde
re nō dubitāt: multitudinē virtutū interi
us ſibi cōgregant in mente. Sancti etiaꝫ
quicꝫ qui in pace eccleſie viuūt : fructus
pomoꝝ gerūt:quia dū ſancta opera faciūt
pꝛoximis exempla tribuūt: quoꝝ exhibi-
tione quos ſe ſequi volūt:reficiūt. Quot-
quot em̄ ſunt in eccleſia ſancti : ſiue igne
paſſionis ardeāt:ſiue in pace eccleſie quie
ſcentes ſucceſcāt:ſanctarū virtutū odoꝛē
tanꝙ̄ ſuauitatis paradiſum:⁊ deliciaꝝ cō
ſtruere in ſe dū viuūt non ceſſant. Cuius
paradiſi vbertatē demōſtrat: dū ſub voce
ſponſi per arbuſtoꝝ nomina quaſcꝫ virtu
tes deſignat dicens:

Z Cipꝛi cum nardo: nardus ⁊
crocus: fiſtula ⁊ cynamomū cuꝫ
vniuerſis lignis libani: mirrha
⁊ aloe cum omnibus pꝛimis vn
gentis.]

Quid em̄ per has diuerſas aromatū ſpe
cies deſignat᷑:niſi ſanctarū virtutū odoꝛ ⁊
profectus qui in ſanctis habetur? Ex his
quippe ſpeciebus regalia vngenta confi-
ciunt᷑: ex his coꝛpoꝝ ſanitates inueniant᷑
Bene igitur virtutes animarū deſignāt:
quibus congregatis ⁊ confectis: ⁊ bonis
odoꝛ opinionis egredit᷑:⁊ egris animaꝝ
competēs ſanitas reperitur. Sed adhuc
laus eccleſie a ſponſo repetitur:cum ſub
ditur.

aa ¶ Fons ortoruꝫ puteus aqua-
rum viuentium: que fluunt im-
petu de libano.]

¶ Recte in emiſſionibus eccleſie: fons or-
toꝝ ⁊ puteus aquarū viuentiū deſcribit.
Quid enī per fontem ⁊ puteū: niſi ſancta
ſcriptura deſignat? que ſic aquā ſapientie
generat: vt ⁊ potātes ſemper reficiat: ⁊ ta-
men manare nō deſiſtat. Que bene ortoꝝ
rū eſſe perhibet: quia illoꝝ ſpecialiter eſt
ſancta ſcriptura: in quorū mentibus vir-
tutū ſemina oriunt. Sed querendū nobis
eſt: quare fons ⁊ puteus vtrūqꝫ ſimul ſcri-
ptura dicat: cum fons in ſuperficie appare-
at: puteus vero in imis latens omnes ſe
querētes maiori labore exerceat. Sed ſci-
endū eſt ꝙ diuina ſcriptura in quibuſdā
manifeſta exiſtēs: in quibuſdā vero locis
obſcurā ſe prebens: ⁊ aliquādo leuiter ſi-
cut inuenit: tanꝗ fons potat: ⁊ aliquādo
magna inquiſitiōe eget: vt inuenta ſuma-
tur. Quia vero ſancte ſcripture intelle-
ctus per aquā deſignet: oſtendit alibi cuꝫ
diuina voce de reprobis dicit: Auferet
dn̄s ab hieruſalē: mittā eis ſitim aque ⁊
famē panis. Et per eſaiā dicit: Auferet
dn̄s ab hieruſalē: ⁊ iuda omne robur pa-
nis: ⁊ omne robur aque. Ubi notandū ꝙ
robur panis prius: ⁊ poſtea robur aque
aufert. Dum enim grauia dicta ſcripture
non perquirunt: vt mandant: paulatim a
ſcientia decidet mens: vt aliquādo nō le-
uia etiā intellectu capiant. Sed aque iſte
bene de libano fluere cū impetu dicunt.
Libanus enī vt dictū eſt dealbatio inter-
pretat. In baptiſmo quippe dealbamur:
dum amiſſa nigredine peccatoꝝ ad mun-
diciā noue vite reformamur. De libano
ergo aque putei fluunt: quia in baptiſmo
electi quiqꝫ donū ſpirituſſancti accipiūt:
quo illuminati ſcripture ſacre ſenſum in-
telligūt. Que ſcripture ſciētia tanto fluit
impetu: vt electos dū tangit ab huius vi-
te amore ſubmoueat: ⁊ ad eterna gaudia
impetu ſui quoſqꝫ adherentes traijciat.
Hinc eſt enī ꝙ in pſalmo ſcriptū eſt. Flu-
minis impetus letificat ciuitatē dei. Im-
petus enī fluminis ciuitatē dei letificat:
cum per donū ſanctiſpiritus fortiter inun-
dās ſcripture ſapientia ſanctā eccleſiā vel
cuiuſlibet capiētis mentē infuſione ſua ex-
hilarat. Ad cuius ſpiritus aduentū mali-
gnus ſpiritus increpat: cum his in ſubſe-
quentibus dicitur.

bb ¶ Surge aquilo ⁊ veni auſter
perfla ortū meum: ⁊ fluent aro-
mata illius.]

¶ Quid enim per aquilonē qui in frigore
ꝯſtringit: ⁊ torpentes facit: niſi immūdus
ſpiritus deſignat: qui reprobos oēs dū
poſſidet a bono opere torpere facit. Per
auſtrū vero calidū ſcilicet ventū: ſpiritus
ſanctus figurat: qui dū mentes electoruꝫ
tangit: ab oīni torpore relaxat: ⁊ feruētes
facit: vt bona queqꝫ deſiderant operen-
tur. Hinc enim dicit: Conuerte domīe ca-
ptiuitatē noſtrā: ſicut torrens in auſtro.
Surgat ergo aquilo ⁊ vēiat auſter: ⁊ per-
flet ortū ſponſi: ⁊ fluant aromata illius: vt
videlicet ſpiritus malign⁹ ab eccleſia vel
vnaquaqꝫ electa anima diſcedat: ⁊ ſpiri-
tuſſanctus adueniat: qui veniēs charita-
tis ignē cogitatiōibus infundat: ⁊ a tor-
pore negligētie dum ſe infuderit: ſoluat.
Quod dū agit aromata fluūt: quia dū ad-
ueniēte ſanctoſpiritu cor quod prius tor-
puerat: ab ope ſe excitat: mox ſancte ope-
ratiōis opiniones per ꝓximos quoſqꝫ ſua-
uiter diſcurrūt: vt quiqꝫ ardientes ad ea-
dem ſe accendāt: ⁊ auſtro flante idem ſpi-
rituſancto ſe infundēte virtutum odores
emittāt: vt vbiqꝫ ſanctus ortus floreat: ⁊
poſt florē fructus redolētes ⁊ reficientes
producat. In quē ortū ſponſa dilectū in-
uitat cum ſubdit:

¶ Capitulū V A

Veniat dilectus meus in
hortum ſuū: ⁊ comedat
fructū pomorum ſuoꝝ.

In hortū dilectus venit ⁊ fructū comedit
quando xp̄us mentes viſitat: ⁊ bonorum